

Super Arrium et Iudam:

60 Donis ingrati sine lucro sunt reprobati.

Ubi ludei dicunt: nolumus hunc regem super nos ¹⁾).

Oderunt isti, carnis mysteria Christi.

Super maiestatem:

Dona fides meritum sunt lucra gradus meritorum,

65 Quod datur, ut detur, nisi des, perdis, quod habetur:
vel: da nec dando minueretur.

Ubi Athanasius dampnat Nestorium:

Christi naturam geminam docet et genituram,

Per damnam census pravi sententia sensus.

Super Augustinum et Ambrosium:

70 Aucta talenta ferunt viventes ut docuerunt,

Fac intellecta sit vita sit actio recta nostra.

XXXI

Iam ²⁾ satis et nimis est, quod litera nostra moratur
et tacet et iacet et nihil operatur ^{a)}).

Evigilet mentemque meam tibi deliciose

Pandat, amabiliter canat, exprimat officiose.

5 Quid tamen est quod noster amor tepuisse videtur?

Non tepuit, sed delituit; sic sepe tenetur

nube iubar solis et zelat cornua luna,

cum tamen eius vis sine vel cum nube sit una.

Sic tacitis nobis non splenduit ignis amoris

10 et tacitis nobis caluit tamen ignis amoris ^{b)}).

Pone supercilium nec me tibi crede minorem

Equa lance meum tibi compensabis amorem.

^{a)} scilicet nos von der Texthand über nih. op. nachgetragen. ^{b)} Folgt horizontaler Trennungsstrich zur nächsten Zeile (V. 13), ebenso weiterhin bei jedem Zeilenabstand; ein Verweiszeichen stellt die Beziehung zu den über Kolumne d stehenden V. 11 u. 12 her.

¹⁾ Vgl. Joh. 19, 15.

²⁾ T fol. 72 c—d. Vgl. o. S. 465. Walther Nr. 9734.